un · xxxvii · ter plus · lxxxi
ses sesqui tertia · xxxvi · xxxvi · xlviii · lxiiii

ut n̄ diapente ac diatesseron · in sup particulari inaequalitatis genere collocentur ·
Quod si quis totum quoq; in multiplici genere ēē perscribat · qm̄ quidem tonus minor quam dia
tesseron · diatesseron uero minus ÷ quam diapente · diapente quidem ponatur in quadru
pla · diatesseron · in tripla · tonus in duplici · Sed diapente · constat ex diatesseron & tono;
Quadruplum igitur secundum hanc rationem · constabit ex triplo ac duplo ; quod fieri non
quit · Rursus statuatur diatesseron quidē in triplici · & diapente in quadruplo ·
Si igitur auferamus triplum a quadruplo sesquitertius relinquetur · Rursus si diates
seron diapente consonantiae subtrahas · fit reliquus tonus · Tonus igitur secundum
hanc rationem · in sesquitertia proportione constabit · Sed tres sesquitertii · uno tri
plici fiunt minores · Tres igitur toni uno diatesseron · quod ÷ falsissimum · Duo enim
toni ac semitonium · diatesseron consonantiam supplent · Ex his igitur demonstratur ·
diatesseron consonantiam non ēē multiplicem · Dico autem qm̄ nec diapente consonan
tia · in multiplici genere poterit collocari · Nam si in eo statuatur · qm̄ est ei minor con
tinua id ÷ diatesseron · non locabitur diapente ī multiplici minimo id ÷ duplici scilic&
ut sit locus quo diatesseron consonantia possit aptari · Sed diatesseron consonantia ·
multiplicis generis non est ; Quocirca · nec diapente in maiore habitudine multipli
cis · quam est dupla quae minima est aptari potest · Sit igitur diapente in minima ·
scilic& dupla ; Diatesseron uero quae minor est · in multiplici quidem aptari non po
test · Non est enim quicquam minus a duplici ; Sit igitur sesqualtera · Tonus uero ses
quitertia ; In continua enim proportione locabitur · Sed duo sesquitertii · amplio
res sunt uno sesqualtero ; Duo igitur toni · unam diatesseron consonantiā uincent ·
quod nulla ratione continget ; Ex his igitur approbatur · diapente ac diatesseron · in
multiplici genere collocari non posse · Quocirca · in sup particulari genere inae
qualitatis · iure ponentur ·

21 DEMONSTRATIO DYAPENTE ET DYATESSARON · IN MAXIMIS SUPPARTICULARIB; ee

Illud quoq; addendum necessario est · qm̄ si diapente ac diatesseron sup particula
res proportiones tenent · In maximis sup particularibus proportionibus collo
cantur · Sunt autem maximae · sesqualtera & sesquitertia ; Hoc uero appro
batur hoc modo · Nam si in minoribus proportionibus · quam sesqualtera ut ses
quitertia · diapente ac diatesseron consonantiae collocentur · non est dubium
quin sicut aliae quaelib& proportiones superparticulares · prae&er sesqualteram ac ses qui
tertiam iunctae non efficiunt unum duplum · Ita diapente aut diatesseron · unum
diapason nulla ratione concludent · Qm̄ enim diapason in duplici proportione

Duo ses qui
xiiii · xxiiii · xxvi
xiii · xvi · iiii